# ARGOVV

*In hac tabula Lucerna, Vren, SVVytz, Vndervvald, Glarona pagi, pro maxima sui parte continentur.*

- Lucerna *habet Præfecturas*
  - Duas, *in quibus Præfecti ibidè loci habitãt,*
    - *VVikensem, VVicken opinor* 29 34: 46 36.
    - *Sempach* 29 46: 46 46. *Sed Præfectus huius nullum ius in oppidum habet, tantum lacui & piscationi præest.*
  - Reliquas *administrãt Senatores in vrbe manentes, quæ sunt:*
    - *VVilisovv* 29 35: 46 48.
    - *Entlibuchia vallis* 29 40: 46 29.
    - *Rotenburg, fortè Rott* 29 59: 46 44. *aut locus aliquis illi proximus.*
    - *Habspurg* 29 53: 47 12.
    - *Berona cum vicino agro Chelampt, id est, Michaelis Præfectura dicto.*
    - *Merischvvanden* 30 1: 46 56.
    - *VVaggis* 30 11. 46 33.
    - *Ebicona.*
    - *Horba.*
    - *Krientz* 29 53: 46 34.
    - *Item duæ vrbes Surseium* 29 43: 46 49. *& Sempachium* 29 46: 46 46. *in clientela sunt Lucernatum, habent tamen proprium Consilium, quod causas, tam ciuiles quàm criminales iudicat, sed princeps cõsilij Surseij, Schulheß dictus, iusiurandum dat Lucernatibus. Sempachij verò à Senatu Lucernate deligitur, attamen ex ciuium Sempachianorum numero.*

**V**riorum *pagus in 10. partes, siue communitates diuiditur, quas ipsi vocant Gnoßaminen, quasi dicas participationes, quod soli ex his electi Senatores omnium munerum participes sint, & ad annuos conuentus vocentur.*

Suitiorum *regio diuisa est in partes 6. quas quartas vocant, veteris diuisionis nomen in recentiori & senaria retinentes.*

Vndervvaldia *pagus in duos conuentus distributus est, per sylvam Kernvvald, superiorem videlicet & inferiorem, tota regione Vndervvaldiæ nomine nihilominus comprehensa.*

Glarona *in 15. partes distributa est, quas vocant Tagvvan. Imperat VVerdenbergen Comitatui* 31 22: 46 38. *quem Comitatum emerunt anno 1517. Cum Suitijs alternatim præfectos mittunt VZenacum VIznach* 30 41: 46 41. *& in castra Rætica. VVesen* 30 43: 46 39.

*Hamburg Comitatus propè Suitios, in regione quæ Marka dicitur.*
*Humberg Baronatus* 29 17: 46 30.
*Ringenberg, Rinckenberg existimo* 30 50: 46 12.

*Ex Iosia Simlero.*

Meridiani distant iuxta rationem 46. 20. ad circulum maximum.



GERARDUS MERCATOR *Atlas sive Cosmographicæ Meditationes de Fabrica Mundi et Fabricati Figura* DUISBERG, 1595 THE LESSING J. ROSENWALD COLLECTION, LIBRARY OF CONGRESS Octavo